65

MARTIVS miſeratione Diuina Epiſcopus Portuen. S.R.E. Card. Ginettus Sanctiſs. D. N. Papæ Vicarius Generalis, & in Alma Vrbe, eiuſque diſtrictu Iudex ordinarius.

VNiuerſis, & ſingulis præſentes noſtras litteras inſpecturis, fidem facimus, & atteſtamur, quod Nos ad maiorem Omnipotentis Dei gloriam, ſuorumq; Sanctorum venerationem dono dedimus Rev.do Dno Joanni Baptistæ Tavari Colimbriensi Sacras Reliquias deſumptas ex corporibus Sanctorum Chriſti Martyrum Amantij, Fortunati, Valentini, Vitalis, et Vincentij per Nos, & Reuerendiſs. V. Gerentem noſtrum de mandato Sanctiſs. D. N. PP. ex Cœmeterijs Priscillæ et Pretestati veneri extractas, & à Sacra Indulgentiarum, & Reliquiarum Congregatione recognitas, & approbatas, quas in capſula lignea vitta serica coloris rubei benè clauſa, & ſigillo noſtro ſignat. ſupradicto Rev.do Dno Joanni Baptistæ Tavari Colimbriensi conſignauimus, eidemque vt prædictas Sacras Reliquias apud ſe retinere, álijs donare, extra Vrbem traſmittere, & in quacunque Eccleſia, Oratorio, aut Cappella publicæ fidelium venerationi exponere, & collocare valeat in Domino facultatem conceſſimus. Volumus autem, quod ſi Donatarius præfatus dicta facultate ad fauorem cuiuſcunque perſonæ, vel Eccleſiæ vti voluerit, donationes, & recognitiones reſpectiuè prædictarum Sacrarum Reliquiarum coram Nobis, vel Reuerendiſs. V. Gerente noſtro, & per vnum ex Notarijs Curiæ noſtræ hic in Vrbe omnino fiant; extra Vrbem verò coram Ordinario per Notarium Curiæ Eccleſiaſticæ ab ipſo Ordinario deputandum. In quorum fidem has litteras teſtimoniales manu noſtra, vel prędicti V. Gerentis noſtri ſubſcriptas, & noſtro ſigillo firmatas fieri mandauimus. Romæ ex ædibus noſtris die xxiii Januarij 1669

[illegible signature]

Gratis vbique.

ARQUIVO HISTÓRICO SANTA CASA Misericórdia de Lisboa